

Legem fere non longius extendi, quam sonet. atque pronuntiet, adeoque ex Regie Declarationis lectione judicandum, an ejusmodi Priorisse in ea comprehendatur; Legum tamen explanationem sepe ab ea significatione pendere, qua a Judicibus accipiuntur, atque ita nil certi statui posse, nisi ad huc generis facti species, de qua judicatum fuerit.

Quod si pensio in Romana Curia recepta esset, nulla poenae, nempe censuræ timende forent; ac si permutacionem non aliter institui lubeat, quam ea conditione, ut tenoris Monasterii Priorissæ Bullas solvat, omnesque Translationum, & Provisionum impensas, aderit simonia, neque vero expres-

sis verbis in ejusmodi negotiis opus est, sed sufficit transigen- tium animus, & conditionis institucio consilium utriusque patere. Ad mobilia bona quod attinet, haud censetur Priorissa de his citra Monasterii sui consensum posse disponere, quia de ejus re agitur, eademque bona vere proprietatis ad illud spectant.

Decisum in Sorbona die 17. Februarii ann. 1682. Aug. de Lamer.

Vide Dissertationem D. PONTAS.

S O C I E T A S .

Societas nomine hoc loco venit conventio, quam mutuo ineunt duæ, pluresve personæ, quæ propriam vel pecuniam, vel industriam, vel quidvis aliud pretio æstimabile ea conditione conjungunt, ut inter se lucrum partiantur, quod majus, & certius unionis hujus beneficio futurum sperant. In ejusmodi Societatibus tres præcipuæ sunt regulæ, quæ servantur: I. Ut qui pecuniam, merces, Pecora, vel id genus alia suppeditant, nec collatæ sortis, nec ullius census ex eo, quod exhibent, certo percipiendi securi sint; cum id Sixti V. Bulla (a) rotundis verbis prohibuerit. II. Ut omnes Associati contribuant, & aliquid in Societate ponant, animalia, industriam, laborem, vel aliud quid pretio æstimabile. III. Ut in Societate fervetur æqualitas, ne scilicet unus altero magis officiat, adeoque ut lucrum, impensæ, jacturæ, ac damna communia sint, ac singuli plus emolumentis, minusve percipiant, prout in Societate contulerint.

Vide (USURA,

C A S U S .

Conditiones in Pecorum Societatibus.

- 1 In Pecorum Societatibus Locator circa simoniam exigere nequit, ut sua sibi fors tuta servetur.
2 Nullam exigere lucrum potest ultra justum dimidium, quod ad eum pertinet; quodvis aliud emolumentum usurarium est.
3 Qui ejusmodi emolumenta percipiunt, injusta esse bona fide ignorantes, ad restitutionem tenentur, si inde ditiores evaserint, non item si bona fidei tempore eadem emolumenta consumpserint.

Q U Æ S I T U M .

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut subsequentes Quæstiones, quæ ad Pecorum Societates spectant, haud gravate definiant.

I. Qui ex in Societatem confert, potestne a Conductore petere, ut eorum pretium, prout in æstimationem veniunt, sibi teatur, & tertiam partem, aut dimidium lucri partem percipere ratione periculi, cui se ipse Locator exponit?

II. Locator hic idem potestne a Conductore id exigere, ut jacturam omnem, quocumque tandem modo, casusque contingerit, in se recipiat, adeoque si qua pecus perierit, ipsi aliam reponere, vel ejus valoris dimidium Demino solvere teneatur?

III. Locator ultra proventus dimidium ad se pertinens, potestne aliquid aliud emolumentum exigere, puta unam, dualve quotannis butyri libras pro quaque pecude, præsertim vero in se recepta gregis jactura, si quo casu contigerit, sine conductoris culpa?

IV. Fæta hypothese in pecorum societate omnes, aut saltem aliquis ejus conditiones injustas esse, possuntne eximi a restitutionis obligatione, quicumque bona fide, & quia ita assolent, ejusmodi conditiones Societati inferuerint?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod allatam expositionem vidit, existimat, eum, qui in societatem pecora confert, non posse tuta conscientia petere, ut fors sibi facta testa servetur prætextu periculi, in quod se conjicit, aut pro-

ventus partem exigere, si grex emptione, quam inicit, ad Conductorem pertinet; tunc enim Dominus non debet nisi summam, de qua convenierunt in Gregis alimentatione, vel totidem pecora, quot recepit.

At si Locator tradidit gregis dominus remansit, & qui gregem accepit, nominis ad ejus curam, nutritionem, & custodiam tenetur; contractus injustus erit, si Dominus exigat, ut sua sibi fors tuta servetur, omnisque jactura conductorem afficiat, quia ex trita Juris regula: Res perit Domino; adeoque hæc injusta condicio societatis naturam destruit, in qua omnia pro cujusque collatione æqualia esse debent. Ita decidit Sixtus V. in Bulla diei 21. Octobris ann. 1586. in hæc verba. Damnamus, & reprehendimus omnes contractus, pactiones, & conventiones sub titulo societatis, in quibus qui pecuniam, armentum, vel alia contulerint, conductores obstringunt, ut statim tempore res in societate postas sibi reddant, restitutaque integras, & tales, quales ipse tribuit, quocumque dampnum jactura, aut diminutio contigerit; & interea quæsi societatis perdaraverit, certum sibi quotannis, aut per mensem solvant emolumentum, de quo convenierunt; volumus tamen, similiterque contractus, pactiones, & conventiones illicitas, & usurarias haberi.

Per hoc responsum plane, pleneque satisfacti alteri, ac tertio quæstionibus, volumus idipsum merito in laudata Bolla Pontificæ damnari. Quomam, inquit, his, qui pecuniam, armentum, vel alia in societatem contulerint, non licere de certo lucro convenire, aut Associates suos, quocumque ipsis jactura contigerit ad integrum sortem, ac citra decrementum non sine certo, vel incerto tenore sibi reddendam adigere. Ann. 1565. Medicinensis prima Synodus 2. parte de usuris jam dixerat, in Societate pecorum, que non æstimata rustici custodienda traduntur, ei, ad quem pecus ipsum pertinet, esse subeundas, nisi certum sit ejus culpa, & negligentia, cui pecus conceditum fuit, eas contingit.

Ad quartam demum Quæstionem quod attinet, respondeatur, eos, qui bona fide, & ex ignorantia societatis contractus usurarios instituerunt, non teneri lucrum, quod inde perciperunt, contempseruntque bona fide, restituere, dammodo non inde ditiores evaserint.

Decisum in Sorbona hac die 27. Novembris ann. 1689. Aug. de Lamer.

S P O N S A L I A .

Sponsalia definiuntur in Canone Noltrates 30. quæst. 5. ut sint contrahendi matrimonii mutua promissio. Ad eorum validitatem necesse est, ut qui contrahunt, septimum saltem ætatis annum compleverint, & libero rationis usu possint; ut proinde possint quidem Parentes promittere, & filios suos obligare; sed hæc promissiones non inducunt obligationem nisi post expressum, vel tacitum filiorum consensum, cum tempore illi ætatem ad Sponsalia requisitam atigerunt.

Plures sunt casus, in quibus a promissione in Sponsalibus facta licet recedere. Sanctus Antoninus novem enumerat. I. Si Sponsorum alter Religionem amplectatur, id, quod matrimonium quoque dissolvit, cum nondum est consummatum. II. Si Sponsorum alteruter alio concesserit, & per biennium de eo nihil auditum fuerit. III. Si alterum infecerit lepra, paralysis, aut gravis aliqua deformitas eidem contigerit. IV. Si

(a) Bulla Sixti V. Derehabilitis, 25. Octobris 1586.

Si qua inter desponsatos affinitas oriatur, ut si Sponsus suæ Sponsæ forem carnaliter cognoverit. V. Si Sponsi in sponsalium solutionem ambo consentiant. VI. Si pars altera post Sponsalia fornicationis peccatum committat, quod pariter intelligendum de hæresi, vel infidelitate, quæ spirituales fornicationes sunt. VII. Cum Sponsus, aut Sponsa verum matrimonium cum alio contrahunt, aut etiam si post metam matrimonii promissionem carnalis cognitio secuta est. Qui tamen post Sponsalia alteram deinde duxit, vel se ducturum promisit, mortaliter peccavit. VIII. Cum quis ante pubertatem desponsatus, peti, postquam ætatem hanc attigit, ut sibi liceat ab initis Sponsalibus resiliere, & aliud matrimonium contrahere. IX. Si Sponsorum alter ex publico rumore cognoscatur aliquid consanguinitatis, aliusve generis impedimentum inter Desponsatos existere. Animadvertendum est voto simplici calitatis præcedente Sponsalia nulla evadere, quamvis jurjurando firmata fuerint; quia hoc jurjurandum illicitum est, utpote vere, ac promissioni Deo factæ contrarium. At si votum hoc post Sponsalia editum fuerit, perficiendi matrimonii obligatio perdurat.

(DISPENSATIO. IMPEDIMENTUM. MATRIMONIUM.)

C A S U S .

Sponsalia peracta sine testibus, quibusque Parochus non interfuit.

Vide etiam est, quid consuetudinis obtineat in Diocæssibus, quid in eorum Ritualibus præcipiatur, ut de Sponsalibus, que sine testibus, ac sine Parochi presentia intra sunt, validitate judicetur.

Q U Æ S I T U M .

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut super hæc difficultate profertent sententiam suam: An Sponsalia, quibus Parochus non adfuit, & que sine testibus inita fuerint, valida sint, & que an matrimonio afferre possint impedimentum, quod appellatur publicæ honestatis?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiæ subscriptum patet, publicæ honestatis impedimentum ex Sponsalibus, que valida sint, provenire vel absolute loquendo ad Sponsalium validitatem proprii Parochi, seu Vicarii presentiam necessariam non esse. Ita Gamachius c. 33. de Matrim. II. neque vero necesse est ullam testem adesse juxta Toletum l. 7. c. 12. n. 1. & Sanchez l. 1. disp. 12. de Matrim. Sane in Rituali Alethii traditur Diocæsses non paucas esse, in quibus non amplius in Ecclesia Sponsalia contrahi consueverint, pag. 430. & 436. Illud enim discrimen intercellit, inquit Auctores, inter matrimonium clandestinum, & desponsationes, quod priora nulla declaravit Ecclesia, non item Sponsalia clandestina, quamvis docente Patrum. in 4. decret. de Sponsal. cap. Cum inhibito, prohibita sint, & in Rituali Parisiensi coram quovis alio præter alterutrum Parochum celebrari prohibeantur.

Hinc inferri potest, quomam publicæ honestatis impedimentum provenit ex Sponsalibus validis, consequens proinde fieri hoc impedimentum tum etiam locum habere, cum duo sine teste in mutuum matrimonium data fide consenserunt. Reponetur fortasse, si publicæ honestatis impedimentum in eum finem est institutum, ne scilicet desponsate consanguinea duci possent; & ut impediretur scandalum, quod inde oriretur, hoc incommodum non futurum in Sponsalibus secretis, que nemini nota essent, quia tunc desponsatus al-

teram, atque adeo desponsate consanguineam sine scandalo ducere possent.

Respondetur, impedimenti, quod honestatis publicæ dicitur, principium, & fundamentum in oculis quoque Sponsalibus semper occurrere, quia simul ac sponsa cognoverit Sponsum suum cum sua consanguinea matrimonium inter, jus habet opponendi honestatis impedimentum, quod tunc publicum fit. At enim addetur: si sponsa sciens Sponsum velle suam consanguineam ducere, conticeat, censeatur ei remittere fidem, quam dedit, atque ita publicæ honestatis impedimentum non amplius subsistit, minime vero, sed etiam si desponsata remittat sponso fidem, remanet publicæ honestatis impedimentum. Vide Layman lib. 5. tract. 10. cap. 9. num. 3. de impedim. matrimon. Gamachius lib. 1. c. 23. videtur ei repugnare. Uno verbo Auctores nili distinguentes, utrum matrimonii mutua promissio publica sit, ac occulta, post Tridentinam Synodum sess. 24. cap. 3. de Ref. unanimi sententia statuatur, statim ac promissio facta est, veri nominis Sponsalia existere. Ex quo concludi potest, publicæ honestatis impedimentum tunc adesse.

Ita sentiant Auctores plerique præsertim extranei. At qui scripsere juxta mores Gallie, ubi in plerisque Diocæssibus æceroniæ Sponsalibus præscribuntur, aliter sentiunt ac decidunt. Asserunt ergo reciproca utriusque singillatim partis promissio censeri conditionata, si nempe sanctæ nostræ Mariæ Ecclesiæ placuerit eadem recipere. Ex quo fit, ut cum ab Ecclesiæ recepta non sint, effectum careant, nec publicæ honestatis impedimentum pariant; ita quidem assolent in Diocæssibus, in quarum Ritualibus Sponsalia coram Parocho celebrari jubentur. Itaque recepta sententia hæc prima anteposenda, quippe que cum nostris Gallie moribus magis coherere, statui potest, in Diocæssibus, in quibus Sponsalia in Ecclesia non celebrantur, simplices matrimonii promissiones, que publicæ sunt, veri nominis Sponsalia esse, & ex his oriri l. impedimentum publicæ honestatis; II. obligationem obstrictæ fidelitatis. In Diocæssibus, in quorum Ritualibus mandatur, ut Sponsalia in Ecclesia celebrentur, simplices matrimonii promissiones obligant in conscientia, cum graves causæ præsto non sunt, cur a data fide recedatur; sed ibidem publicæ honestatis impedimentum non contrahitur nisi per Sponsalia Ecclesiastica; per Sponsalia videlicet in facie Ecclesiæ solemniter celebrata, & coram Sacerdote benedictionem tribuente.

Decisum hac die 19. Octobris ann. 1696. G. Fromageau.

S P U R I U S .

Qui appellantur spurii, sunt filii illegitimi, qui non ex matrimonio nati sunt: dicuntur etiam filii naturali. Existit spurius adulterinus, qui ex persona conjugata, & alia non conjugata natus est. Est spurius incestuosus, qui natus est ex personis duabus, quæ matrimonio simul jungi non possent, propterea quod arctiore cognationis gradu devincti sunt. Legitur apud Brodeau Spurius natum ex persona matrimonii vinculo non iretita posse legata & donationes a patre & matre recipere, licet successioni sit ineptus, dummodo non sint immodica. Spurius nullam Ecclesiasticam dignitatem possidere potest, nisi sit legitimatus; & si a sancta Sede dispensationem obtinere velit, aperte debet exprimere, quali natalium defectu laboret, an nempe sit Spurius adulterinus necne. Pater & Mater possunt filium suum legitimare per subsequentes matrimonium, eumque filium suum esse coram Notario declarantes. Possunt etiam eundem legitimare, obtinentes litteras legitimacionis a Principe; sed si solum, qui ex Soluta & Soluta nati sunt, possunt esse legitimi: adulterini & incestuosus non possunt ejusmodi esse, quia quo tempore nati sunt, Pater & Mater legitimum matrimonium contrahere non poterant. Hoc in sensu nec genus, nec familiam habent. Si Spurius bona possideat, & ab intestato moriatur, Rex, aut Magistratus ipsi succedunt.

Spurius Presbyteri.

- 1 Beneficiarius, qui in favorem filii sui Spurii dispensationem obtinuit, qua Beneficiorum possessionum capax efficitur, si exceptis, que ex parte Patris possidet, absque dispensatione, qua hanc causam derogat, Prioratum, quo fruatur, ei resignare non possit.
- 2 Filius hic illegitimus, qui ad patris sui resignationem a Romana Curia Datum sumptis, permutare non potest jus, quod sibi arrogat, quia nullum habet.
- 3 Simonia reus esse, qui Beneficium alterius assignationem curat, certum reddens Titularum, qui illud assignaret, se curaturum, ut quod pater filio resignavit, ipse obtineret.

Q U Æ S I T U M.

Titius Prior Commendatarius in filii sui Spurii gratiam in Aula Romana dispensationem obtinuit, que eum capax efficit possidendi Beneficia usque ad nongentas circiter reditus libras: quomobrem ille prioratum suum hinc Spurio resignavit. Rome detente sunt date; sed cum Nummularius petendam sibi esse credidisset derogationem clandestinam in priorate dispensatione contenta, qua edicitur Titii Spurium Beneficia obtinere posse, modo tamen in loco, ubi Titius ipse est, aut fuit Beneficiarius, sita non sint; recepta est hac clausula cum pingui compendia, quam Nummularius dare noluit. Rebus ita se habentibus, Titius, & Sempronius ejus filius a Parisiensibus Doctoribus querunt.

I. An non ipsi uti liceat provisionibus, que ad Titii resignationem concessæ sunt, & quarum date a Romana Curia acceptæ sunt, petita a Pontifice quoad forum interius dicta derogatione, nullaque fori exterioris mentione facta. Ratio est, quia nihil scandalum timendum est, si Sempronius Patria sui Beneficiarius habuerit: I. quia nomine differunt. II. quia defectus natalium minime notus est. III. quia Sempronius probis moribus est, & ad statum Ecclesiasticum, & Studium natura fertur, quod in causa est, ut spes magna de eo concipiat.

II. An Sempronius utens Romana Curia Data absque ulla derogatione possit jus, quod ad sui patris Prioratum habet, permutare, quin ejus possessionem adeat, & Beneficium iure, quod Titius nunquam possedit, quo in casu causam sequenter dispensationis derogatiam.

III. An non aliquis amicorum Titii possit alii Beneficium proponere, ut Beneficium suum Sempronio resignaret, cum certa alterius equalis Beneficii promissione, ut vero Titius respecta Sempronii provisione resignationem faceret in ipsius favorem, nullo pacto, nullaque conventionem intercedente Patris aut Filii nomine, sed ejus tantum mentione, a quo fieret propositio mox explicata.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiæ subscriptum existimat quoad priorem interrogationem, non licere Sempronio Prioratum Titii, cuius natalis & illegitimus filius est, absque dispensatione possidere; & licet Pontifex hujus dispensationis concedenda jure gaudeat, ut constat ex juris titulo de fil. presby. eam tamen haud facile concedit: re ipsa si spectetur Tridentina Synodi mens Sess. 25. c. 15. de reform. & Bulla Clementis VII. id admodum agere prestat debet. Cardinalis Corradus, qui hanc Bullam avertit, l. 3. c. 2. n. 15. de disp. ep. scribitur esse, inquit, quod hodie hujusmodi dispensationes videntur a Curia exulare, ut supra dictum est, quod si aliquis forsitan concedatur,

STIPENDIA MILITUM.

SANCTUS Joannes Baptista consilia suppeditans, quibus quisque Christianus in ea conditione, in qua a Deo positus est, se se moderetur, edicit universis ac singulis nullum esse vitæ statum, qui a salute remotus sit, & ne militiam quidem ipsam per se ei repugnare. Et sane non desuere Christiani Milites, iidemque & sanctitate inclyti, & generosi Martyres extiterunt. Quod si ea professio Evangelio adhereretur, Sanctus Joannes ad se accedentes in ea persistere passus non esset. (a) Atqui satis habet eos cohortari, ne quem vi premant, aut fraude circumveniant, sed propriis stipendiis contenti sint. Quod autem Militibus dicit, idem & Militum Praefectis dicit, & omnino omnibus, qui rei militari addicti sunt. Quicumque militiam exercent, eo stipendio contenti esse debent, quod sibi Principes exhibet; id quod D. Ambrosius eo ipso Evangelii textu nixus apud Gratianum docet.

Itaque Major stipendia statim tempore Militibus solvenda differre, aut celare non potest, eoque dilationis intervallo penes ararii Praefectum ex ea pecunia lucrum percipere, que, quo Rex mandat, tempore Militibus tribuenda foret. In eo adest iniustitia, quod, dum Militibus, eorumque Ductoribus solutio prorahitur, inde illi contra Regis mentem damnum patiuntur; sentitque incommodum Principes ipse, cui non adeo alacriter Miles deservit, solutione mature non praestita; id quod eum saepe cogit desicere, & apud

(a) Neminem concutiatis neque calumniis factis, & contenti estote stipendiis vestris. Luc. cap. 3. vers. 14. S. Ambros. in Luc. 3. in Can. in singulari 19. dist. 86.

& apud Hostes confugere, ut ibi commodius vivat, & apertius stipendia percipiat. Ductores ii, qui lustrationis tempore fusa turmas completas non habent, & suppositos Milites sustinent, Regi furantur, si lustrationi tempore integram solutionem accipiant; perinde ac si turma completa foret. Ita Ductores in expeditionibus ex numerata pecunia, vel ex annona ab hospite jus transitionis seu stationis ultra militum, quos secum ducunt, numerum exigentes ipsi quoque Regi furantur. Quod quidem duplici pacto contingere potest; I. cum plures, quam adfunt, personas producant; II. cum sibi sumunt alienigenas, quibus rem frumentariam perinde parandum curant, ac si ex ipsorum supplemento, vel turma essent. Denique Duces militum stipendia sibi retinentes insigne furum perpetrant, sibi que iniquitatis thesaurum accumulunt: quod nimirum sequentis Casus argumentum constituit.

C A S U S.

Stipendia Militum injuste retenta.

- 1 In Canadensi Regno Duces nequeunt militum, extra proprias facultates operam suam locutionum stipendia retinere.
- 2 Ejusmodi Duces ad retinendum, quod hactenus perciperunt, nihilque in posterum percipiendum adigi possunt; quod si resistunt, absolutioe privandi sunt.

Q U Æ S I T U M.

CANADENSES Duces suorum Militum stipendia retinent, eo protextu, quod iis quæstus ex labore captandi facultatem concedant, & id quidem majori cum ipsorum utilitate, quam si stipendia perciperent. Queritur, an Duces hi possint eam pecuniam tuta conscientia sibi lumere, & an Confectarii eos absolutioe privare non debeant, quoad se ab ejusmodi abusu recessuros, & quod injuste Militibus ademunt, iis reddituros promiserint?

Duces porro, ut se in tuto ponant, ajunt I. In Canadensi Provincia ex annona, ut farina, lardo, &c. stipendia solvi, ac proinde oportere, ut qui ea percipere volunt Milites, in propria statione consistant, ibique cum alienigenam absumant; ita ut, si absentibus, Duces eadem sibi arrogandi jus habeant.

II. Se, dummodo Milites suo juri cedere non coegerint, ea sibi retinere posse.

III. Militum sibi laborantium absentiam in causa esse, ut ipsi majori cum sollicitudine ac vigilantia ab hostibus sibi cavere debeant.

Sed responditur I. Canadenses Milites non conseribi, aut in supplementum vocari Ductorem impensis, sed in eam Provinciam e Gallis mitti.

II. Non Ductorem, sed Regem pecunia parari Militibus indumenta, ac si usû & labore tuta fuerint, eadem pecunia reparari.

III. Ductores sibi militum stipendia retinere non posse, nisi iis a Militibus, vel a Rege donentur; porro non apparet, id ipsis a Rege dono dari; & facile intellectus est, Milites inuitos ac repugnantes propria stipendia Ductoribus suis concedere, minus, atque adeo nonnumquam vi coactos ab ipsis Ductoribus, petere, ut sibi ad operam impendendam pergere liceat. Iisque sua stipendia relinquere.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut super hac facti specie sententiam proferant, cui Regionis Confectarii tanquam certa regula se conforment.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, Canadenses Du-

SUBCHORIPRÆFECTURA.

C A S U S.

Sub-choripraefectura Cathedralis Ecclesiae, quæ suppressenda proponitur.

Chori Praefectus Cathedralis Ecclesiae refragari non debet extingui sibi sub-choripraefectura hanc ita prius instituta ad operam Chori praefecturae levanda, dummodo ejusmodi suppressio Ecclesiae utilis sit.

Q U Æ S I T U M.

CHORI Praefecto Cathedralis Ecclesiae N. . . . id oneris junctum erat, ut in omnibus anni Festis duplicibus, quæ centum quadraginta septem numero sunt, Chorum moderaretur. Titius cum hac Dignitate insignitus esset, seque praeerea alius ejus Ecclesiae negotiis magnopere dilentum videret, intellexit se non posse variis hujus officii perlungi, ac tam sepe Choro interesse, quam suscepta dignitas postulare. Quomobrem ut ejusmodi Officii ex parte liberaretur,

Lamer Tom. II.

Ductores non posse tuta conscientia Milites adigere ad sibi cedenda stipendia, ut ita navanda opere facultatem obtineant. Aut enim Regis servitium postulat, ut illi in officio perseverent, nec a statione recedant, aut minime postulat. Si primum, nequeunt Praefecti, cum Regia rationis detrimento Milites a servitio dimittere, ipsique concedere, ut alio, succipiendi laboris gratia, se conserant. Frustra se illi tueri conantur, agentes se tuæ temporis majori diligentia, & contentione uti debere, ut ab hostibus sibi caveant. Frustra contendunt, extraordinariam ejusmodi sollicitudinem, ad quam non tenentur, esse pretio altimabilem, ac dignam, quæ a Militibus compensetur; ea enim agendi ratio est proflua vituperanda, gravique culpa Ductorem vertendum est, quod fortidum iuri causa castrorum praesidium imminuat, & hostium aggressioni, ac fortasse depredationi eadem exponant.

Si secundum, si nempe Milites servitio necessarij non sunt, nihilque castris, ut pacis tempore, timendum est; tunc quidem illi sibi laborare possunt, re tamen vera stationis vias abique Praefecti licentia deserere nequeunt; ordo nimirum & subjectio id requirunt; at non inde id juris Praefecto est, ut retineat, quod iis a Rege tribuitur. Id enim abique gentium usû receptum est, ut Militibus, si quidem nec in praesidio, nec in factione versentur, permittatur, ut operentur, atque adeo lucrentur; atque id quidem rationi consonum est, ut otium, & licentiam evitent; rei praeterea publicæ, ac Regis interest, eos laborare, quia labori assidue cohortes ad belli incommoda aptiores promptioresque sunt. Itaque Praefecti nequeunt eam permissionem, cuius gratia stipendia retineant, Militibus vendere.

Quod si suapte sponte Milites propria stipendia concederent, si Militum Praefectis ea Princeps largiretur; si quod incommodum ex militum suorum absentia ac labore Praefecti sentirent: hæc illi stipendia retinere possunt, salva iustitia; verum hoc loco pro certo ponitur, horum titularum nullum adesse; Miles stipendio privatur invitus. Ex quibus omnibus satis liquet, depravationem, ac surtum existere, & Praefectos propterea Sacramentis indignos efficere, nisi quicquid hactenus perciperunt, restituant, & in posterum se nihil amplius retenturos promittant.

Neque vero Praefecti se inde tueri possunt, quod Princeps, cui eorum pravitas perspecta est, eos tamen publice non damnat; sed ejusmodi malum tolerat, eique ob rationes, quas perspectas habet, remedium asserere dissent; id porro non impedit, quinominus, Ductoribus ad Penitentiam Sacramentum accedentibus, Confessarii, quod eorum est exequantur, & cum ea omnia perierint, quæ Charitas & prudentia eorum animis inspiraverint, abolitionem ipsis denegent, siquidem quoad praeteritum tempus satisfecere, & in posterum consilium mutare noluerint.

Decisum Parisiis hac die 18. Maji anni 1695.

G. Fromageau.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

obtinet, ut institueretur Sub-choripraefectura, cujus Titularis in onerum Chori praefecti partem suam veniret. Aliquando post ille Canonico Mayio resignavit, novoque sub-choripraefecto vita sumpto, Capitulum, antequam alium nominaret, incommoda novam eam erectionem consecuta Episcopo significavit, pessimisque Ecclesiae utilitas fore, si sub-choripraefectura suppresseretur, & Chori Praefectum omnes, ut olim, functiones exequi cogere, ita tamen, ut Chori Praefectus iam possessione donatus nominare Canonicos possit, qui ejus loco, cum ipse impeditus esset, officio praesent; ea conditione, ut iis congruum stipendium ille praeretur, ac post ejus mortem res in pristinum statum restituerentur.

Queritur, an hic Chori Praefectus, cujus admodum castigata conscientia est, non teneatur hanc mutationem, quæ ad libertatem, qua ipse gaudet, imminendam, ejusque successores eadem privandos tendit, apud iudicem refragari?

R E S P O N S I O.

Parisiensis Facultatis Doctores subscripti, qui propositam facti speciem viderunt, existimant Sub-choripraefecti Dignitatem

ob causam legitimam ab Episcopo tolli posse, dummodo ejus institutio a Pontifice confirmata non fuerit; & hæc quidem causa non ex Chori Præfecti, vel sub-choripræfecti utilitate sed ex majori Ecclesie bono petenda est. Id si occurrat, permitti & legitima suppressio est. Ita decidit Pyrus Corradus in sua Praxi Beneficentia l. 2. c. 8. n. 13. & segg. Porro Chori Præfectus eidem suppressioni repugnare non debet, quip-

pe qui æque atque alii Canonici Ecclesie utilitati ac bono in omnibus invigilare tenentur. Ne dum igitur peccet, hæc in re se Episcopo & Capitulo comitem addens, officio statui suo annexo satisfaciat, & Deo singulare servitium præstet.

Decisum in Sorbona hac die 24. Maji ann. 1681. Aug. de Lames.

SUFFRAGIUM.

Quod hoc loco suffragium dicitur, nihil est aliud, quam privilegium, quo Religiosus Professus gaudet, vocis suæ in Capitulis exhibendæ; quod fere sit ope scrutinii. Porro suffragia hæc libera sunt, oportet. In ea, quæ sequitur, facti specie de Religio hæc caro agitur, quariturque, an ille ita se habens suffragii jure gaudere possit?

CASUS I.

Suffragii jus in Religioso oculis capto.

- 1 Religiosus lumine capus in electionibus ac receptionibus suffragii jus obtinet.
2 Curandum est, ut id tuto præstare possit.

QUÆSITUM.

Rogantur humillime Sorbonæ Doctores, ut super duobus hiis casibus insequentibus suam scripto decisionem exhibeant. Queritur I. An Religiosus cæcus in receptionibus Postulantium ad Novitatum, & Novitorum ad Professionem suffragium suum dare possit?

II. An hic idem Religiosus in Superiorum electionibus, aliique Conventus Officialis id ipsum præstare possit? Quoad primum. Ex eo oritur difficultas, quod ad omnes suffragii jure gaudentes a Religioso saba duplex, alba scilicet una, altera nigra deferuntur; necesse est igitur, ille cæcum moneat, eique saba duas sortim porrigenas dicat; hæc alba, hæc nigra est; atque adeo penes eum est hunc Religiosum cæcum decipere, qui proinde, contra ac sentiet, suffragium suum exhibebit, recipiens, quem rejicere, & rejiciens, quem recipere volet.

Quoad alteram facti Speciem. Longe major occurrit difficultas, quia in electionibus eligunt Secretarius, qui nomina, quæ Vocales sibi commiserint, se nemini patetentur jurando promittit. Jam vero facile potest Religiosum cæcum fallere, supponens ei nomina, & Petri nomen scribens pro Pauli nomine.

SUPERIOR.

DE Regularium Superiore hic agitur, qui id omnino in suo Monasterio facere debet, quod Christus Dominus ageret, si ipse ibidem esset, qui ita Fratrum suorum perfectioni ac Salutis studere debet, ut Christus erat de Discipulorum suorum sanctificatione sollicitus; cujus nempe actiones ille in omnibus suis operibus exprimere debet, & ut ita dicam, efficere, ut invisibilis Pastor sedulitate ac pietate, qua suo ipse Ministerio perfungi debet, visibilis evadat. Hoc in sensu ea verba potest implere quæ (a) in Sancti Benedicti Regula quoad Superiores occurrunt: Christi vias agere. Atque hic quidem Sanctus Patriarcha tantum ab iis cura, sollicitudinis, sedulitatis, ac diligentia efflagitat, ut dubitari non possit, quin eos velit ab omnibus profus officiis, exercitationibus ac negotiis abducere, ut ad animarum, quas Christus Dominus iis concredidit, tamquam ad proprium atque unicum negotium semper incumbant.

Hinc facile intellectu est, quantum interfit idoneos viros numquam non eligi, qui prima hæc subsellia occupent. Nimirum necesse est, ut Superioris integra fit atque accurata vitæ ratio, adeoque fideliter Regulam servet, ac de iis omnibus, quæ in ea præscribuntur, obeundis ita se sollicitum præstet, ut Fratres ex ejus exemplo suas omnes obligationes percipiant; atque adeo sibi ea Sancti Spiritus verba vix auctoritatem adeptus accommodet. (b) Rectorem te passerunt? noli extolli, esto in illis, quasi unus ex illis. Demum versetur, una cum suis Fratribus in omnibus communibus observantia, in laboribus, in vigiliis, in jejniis, humillima quaque exercitia amplectatur, eandemque, ac ceteri, austeritatem in victu, eandem in vestitu simplicitatem custodiat, nihilque aliud præter virtutem, aut actiones, quæ ejus ministerii propriæ, ac peculiare esse possint, ipsum distinguat.

CASUS I.

Religiosus infamia notatus, qui in Superiorem eligatur, indignus.

- 1 Religiosus, qui ob crimen non paucis perceptum infamia notatus fuit, non est eligendus propria, vel alterius Communitatis Superior.
2 Etiam si parati crimini penitentiam egerit, ad ullam tamen dignitatem promovenda non debet.

(a) Reg. S. Benedicti. cap. 21. (b) Eccles. cap. 33. vers. 1.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, Religiosum cæcum in Superiorum, aliorumque Ministrorum electionibus, atque in receptionibus ad Novitatum ac Professionem activæ voce privari omnino non posse, cum enim ipse Professus sit, omnibus statui suo annexis juribus gaudere debet. Debent igitur Superiores in id incumbere, ut ille suffragium suum tuto ac libere præbere possit. Neque enim licet in re, quæ Religioso debetur, ipsi marorem afferri.

Quia porro difficultas ac fideiobrem negotium est, factus fore censetur, Religiosum hunc juri suo renuntiare, nec sibi, cum de electionibus, aut receptionibus agitur, suffragii jus arrogare. Ita sentit Pelizarius tom. 2. tract. 6. num. 63. qui complures in eadem sententiam Auctores asserit. Cæcus nam privatus quidem jure eligendi, cum consentire possint libere in electionem factendam; tunc tamen conscientia agere, si tali juri renuntiare, quippe qui facilitate possunt accipi, ut patet.

Quod si Religiosus etiam atque etiam monitus ne se ejusmodi negotiis immisceat, omnino velit suo jure gaudere, non est ei repugnandum, sed potius quærendæ rationes, quibus ita suffragium det, ut nec ipse se fallat, nec vero fallatur; atque adeo contingere aliquando potest, ut bene animatus Superior ad Familiam bonam ejus suffragio opus habeat. Itaque Religioso cæco numquam non competit suffragii jus; quod idem de Moniali sentendum, quæ in eodem statu versetur.

Decisum in Sorbona hac die 8. Januarii ann. 1702. G. Fremageau.

Superioris officiis, ac functionibus obeundis; & Religiosus Communitatibus administrandis ineptum declarent?

Non est sane silentio prætereundum Religiosum hunc publice coram universo Capitulo de suo crimine confessum esse, se se accusasse, ac porro significasse, pravæ ejus actionis, atque ejus errati se poenitere. Idne facti est, existentibus in hac eadem Communitate ejus criminis testibus?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod propositam facti speciem vidit, existimat, Religiosum, qui fame factorem subito ob crimen pluribus notum, in Superiorem eligendum non esse, præsertim vero in Communitate, cui quidem ab eo patratum facinus imoetescit; quia scilicet eligendus non modo bonum testimonium ab iis, qui foris sunt, habere debet, verum etiam debet tum doctrinam, tum exemplo administrare, atque in perfectionis tramite facem præferre; ut proinde qui male se gerens ipse se fama spoliavit, ad occupandam Superioris sedem requisitus dotibus delituitur.

Hac nimirum de causa Caput Infamibus (a) ita pronuntiat: Infamibus porro non parente dignitatem; id, quod ex Canonici Juris mente non de ea solum infamia intelligitur, quæ ex juridica sententia provenit, aut ex criminis Confessione, quæ in judicio edita fuerit, sed etiam ex opinione, quæ publice quis laborat ob grave crimen, cujuscumque ea sunt, quæ referuntur in Jure, fortillegium, adulterium, fornicatio, &c. Ita sentiunt Otiensis, & Zabarella in caput (b) Omnipotens, de accusationibus; atque Otiensis quidem de infamia facti, quod ejusmodi accusationibus fundamentum suppeditat, verba faciens, ita pronuntiat: Ex quo cum gravata est ejus opinio, non debet eligi durante infamia. Nititur id etiam Capite Ex literis, & ejusdem capitis Glossa, cujus hæc verba sunt: Infamia facti, quæ gravat opinionem ff. de obs. a lib. præstantis, lib. 11. & a promotione repellit. Dist. 81. Tantis Daniel. & 33. distinct. Laici, & supra de accusationibus, Omnipotens. Et hæc quidem facti infamiam spectant Auctores ut rem tanti ponderis, & quæ, ne quis eligatur, aut Dignitate donetur, adeo impedire debeat, ut Prosper (c) Fagnanus, postquam sola infamia hominem ineligibilem effici numero 30. pronuntiat est, statuat numero sequenti eum, qui hac infamia notatus est, ad Dignitatem promovendi non posse, quamvis a nemine accusaretur, adductis in eandem sententiam Auctores bene multis: Quod locum habet etiam, inquit hic Auctor, etiam si penitentiam egerit; quia nihilominus aliqua infamia reserperit, etiam si nullus eum accusaverit, promovendi non debet, argumento a contrario in cap. ultim. infra de furis: & tenet Guillem. Naso, quem referunt, & sequuntur in capite: Tantis Daniel, 81. distinct. Archidiaconus num. 3. Gemianus, num. 2. de Turcecemata, num. 3. Præpositus, num. 2.

Si ergo ille, cujus gratia consultitur, sacrilegium, quod est expositum, perpetravit, idque Communitati imoetescit, & quoad eam quidem publica res est; censetur a Canonica regula alienum fore eundem in Superiorem eligi in ea Familia, in qua tam gravi scandalo fuit ejus crimen, quod tamquam summi momenti spectandum est; quoniam ejusmodi est, ut ejus causa Superioris officio privandus fuisset, si illud obtinisset, & crimen ipsum per accusationem ad Judices delatum esset; quod quidem videtur in dubium verti non posse, quandoquidem illud ipse coram universo Capitulo confessus est, ejusque facile ab iis convinci potuisset, qui ejus flagitium noverant, & plenam ejus probationem testimonio, quod exhibuissent, asserere poterat. Sed cum quidem infamia notatum esse, ac de scandalo, quod attulit, dubitari non posse satis est, ut ne eligi possit.

Decisum Parisiis in Sorbona hac die 7. Julii ann. 1686. Aug. de Lames.

CASUS II.

Superior, qui concionatur, & stipendium tamquam proprium sibi vindicat.

- 1 Religiosus, qui in vitiis vacans, tam privati, quam Superiores Sermonum suorum stipendia sibi cum conscientia retinere non possunt, cum Monasterium iis vicium, restitutumque suppeditat.
2 Ejusmodi pecunia in eorum Monasterii Massam conferri debet, & ad eorum usum, ad quos spectat, impendi.

QUÆSITUM.

IN Ordine reformato Superiores, qui concionantur, in eam se possessionem vindicantur, ut ex Sermonibus percepto

(a) Cap. Infamibus, de Regulis juris in sext. (b) Distinct. 25. cap. Unum orarium §. Alias. (c) Fagnan. in cap. Omnipotens, de accusationibus n. 30. & 31.

stipendio pro suo ipsorum arbitrato uterentur, quin ulli rationem redderent. Qua re consulatur Doctores.

Queritur I. An non id moris paupertatis voto contrarium sit, atque an Provincialis, aut Generalis abusus hunc tuta conscientia tolerare possit?

Animadversione dignum est I. Generalem ipsam administrationis suæ Capitulo generali rationem reddere. II. Ceteros omnes ejusdem Ordinis Religiosos Concionum suarum stipendia ad Superiores deferre, in Monasterium suorum commodum impendenda, deductis impensis, quas Concionatoris gratia fieri dect.

Queritur II. An ut res in ordinem redigantur, & conscientie in tuto ponantur, haud necesse fuerit Concionatores omnes juberi stipendia sua Patri Generali tradere, qui iisdem utatur, prout Ordinis sui rationem postulare intellexerint, ea quidem lege, ut ipse quoque generalis Capitulo ejusmodi pecuniæ rationem reddat?

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut etiam atque etiam hunc libellum supplicem ponderent, sumque decisionem, multorum Doctorem nomine firmatam exhibent, ut illa ad remedium huic malo offerendum majori auctoritate nitatur.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet Concionatores Regulares pro libito, & tanquam bono proprio Sermonum suorum retributionibus uti non posse, sed debere eas in commune conferre; istque, ad quos spectat, earundem rationem reddere. Hæc mens est Tridentina Synodi; de qua, ne ullus superesset dubitandi locus, Clemens VIII. Constitutione 40. ann. 1599. statuit, ut quæcumque pecunia ex concionibus, Missis, aliisque spiritualibus ministeriis provenit, in communi Massa collocetur, eique incorporetur juxta Tridentinum Concilium.

Quo Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fideliter observantur, præcipitur, ut nullus ex fratribus, etiam si Superior sit, proveniat, census, elemosinas sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missa, tam in propria Ecclesia, quam ubique celebrantur, aliove ipsorum jussu labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit; sed omnia ista Superioribus tradantur, Conventuique incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proveniuntibus confundantur, quo communi inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Neque obici potest in usu positum non esse Decretum hoc, cum illud sublecati complures Pontifices confirmaverint, Paulus V. Gregorius XV. & Urbanus VIII. qui in sua Bulla 28. ann. 1624. ipsissima Clementis VIII. verba asserit, & probat.

Fagnanus tom. 2. p. 2. lib. 3. Decretal. c. Monachi, de statu Monach. n. 75. Balleus tom. 2. v. Paupertas Religiosa num. 15. Molina de just. & jur. tom. 2. disp. 687. n. 3. propugnant Religiosam, cui quidem victus, & vestitus a Monasterio suppeditatur, id, quod ex propriis concionibus eidem provenit, sibi sumere, eoque uti non posse, quin proprietarie evadat, & vel mortaliter, siquidem non mediocri summa fuerit, contra paupertatis edictum votum peccet. Postremus hic Auctor ait, in Societate Jesu id expresse vetitum esse.

Id porro a lethali peccato nulla vel consuetudine, vel opinione probabili excusari posse Fagnanus asserit: Nec quemquam excusari a leali culpa, & poena proprietario inflicta, ex quavis consuetudine Monasterii, vel Religionis, aut ex varietate, seu probabilitate opinionum, aut alio quovis prætextu, & causa. Et Religiosa tam Prælati, quam subditi cavendum esse ab ejusmodi palliamentis, quia Deus non irridetur; & eo magis, quia sacra Congregatio consule, an licent Regularibus interpretari Decretum capitis secundi Sess. 25. de Regul. respondit non licere.

Hoc posito, respondetur, Ad questionem primam: Concionatores reformati Ordinis, de quo in Expositione dictum est, Superiores stipendiis suis, ut solent, uti non posse, quin paupertatis votum violant, si necessaria a Monasterio percipiant. Qui porro in Ordinem, de quo agitur, irreplevit usus, abusus est sane reformandus, quippe cum Prælati, non minus quam subditi paupertatis voto adstringantur.

Ad secundam; parum interest, ut videtur, Generale, an Provinciali ea stipendia tradantur, dummodo eorum ratio reddatur.

Videtur tamen magis esse rationi consonum, ut hæc pecunia in Monasterio, in quo Concionatores ipsi degunt, communi massa ponatur. Quod si nihil, ad hæc rem quod attinet, in Constitutionibus expressum est, consuli potest Generalis, & ex eo, quid in hac facti specie potissimum fieri deceat, intelligi.

Decisum hac die 8. Septembris ann. 1702. G. Fremageau.

S U.

Superstitio generatim spectata tamquam vitium Religionis virtuti contrarium non unum peccati genus completitur. Ea, de qua in Calibus insequentibus sermo est, vanis observantiis, & indebito, vel superfluo cultu continetur. Vana observantia est quorundam mediorem usus, quorum nulla vis est ad effectus eos producendos, qui inde sperantur ac, non nisi vi pacti taciti cum Deoem esse in eisdem quibus existere possunt. Indebitus cultus is est, qui fictus tantum est, atque adeo falsus; ejusmodi est, quem Judaei nunc temporis Deo exhibent per Moisaicæ Legis caeremonias, quippe quæ Messiam tamquam venturum, quamvis jam venerit, repræsentent. Hinc (a) D. Thomas docet, exteriorem cultum, quo aliquid falsum significatur, superstitiosum cultum esse. Superfluous cultus est ille, quem Deo præitari contenditur vanis, & inutilibus praxibus, quibus Ecclesia non utitur, quaque ejus approbatione, aut consensu nequam firmatae sunt.

CASUS I.

Observantia superstitiose.

- 1. Circa superstitiosam ad collam gestam nequam amuleta, seu facilli, quibus continentur vana benedicta, quaedam Evangelii verba scripta in pergamena charta, neque alia, que peculiarem aduersus sortilegia vim conjunctam habere creduntur.
2. Liber, qui ejusmodi preces commendat, matius est, & tamquam maxime perniciosus proferri debet.

QUESTUM.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut super insequentibus praxibus aperiant sententiam suam. Non desunt Ecclesiastici Viri, piæque persone, a quibus distribuuntur amuleta, seu facilli, in quibus existant I. rata benedicta. II. Initium Evangelii S. Joannis in pergamena charta scriptum, non sine multis, ac discoloribus Crucibus. III. Cerei Paschalis particula. IV. Fragmentum Corporalis, quod Missæ inseruit; hæc omnia faculis ex panis consecratis alluta; quicquæ ea tribuant, afferunt eis esse singularem vim aduersus sortilegia, & bene multas in hæc rem historias enarrant. Narrant auctoritate Libri, cui titulus: Flagellum Demoni, quicquæ Lugduni typis impressus est, sola unicus Capucini Approbationis ei accedente. Extat liber in VIII. duobus transverfis digitis elatus, ab Hieronymo Mengo Minorita compositis, qui ejusmodi praxem commendat. Super hæc requiritur:

I. An non superstitio, ac mortale peccatum sit opinari vim aliquam in hisse faculis esse, his ad collum uti, ac dicere, Sortilegium, qui morbo quampiam infecit, istam adigi, ut ad forem tollendam veniat?

II. An Liber ipse, qui ejusmodi superstitiosas docet, tamquam Liber periculosis, atque errorum plenus non merito damnandus sit?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, superstitiosam, observantiam vanam, & quod inde consequitur, rem maxime vituperandam esse fidem adhiberi minis hisse faculis, eoque ad collum deferri, ut Sortilegium, qui morbum intulit, ad forem tollendam venire cogatur. Fuit olim sane apud Fideles passim in more positum, ut Evangelium secum deferrent appensum, ut animadvertit Sayrus in Clavi reg. l. 4. c. 6. n. 8. non solum ut ostenderent, se, qui momentis singularis Dei verbum meditari non possent, vel cor ad Deum semper intentum tenere, verum etiam ut erga divinum hoc verbum observantiam suam tellerent, ac significarent se bona, quæ verbum idem nobis promittit, & a malis liberationem non nisi a Deo expectare. Quod in causa fuit, ut D. Thomas affereret, Evangelium, vel aliqua Evangelii verba collo appensa gestari, rem veritam omnino non esse. En ejus verba 2. 2. q. 92. art. 4. ad 2. Si respectu habetur saltem ad verba sacra, & ad virtutem divinam, non erit illicitum. Ac deinde de Reliquiis verba faciens idem tradit: Ad 3. dicendum, quod eadem est ratio de portione Reliquiarum, quia si portentur ex fiducia Dei, & Sanctorum, quorum sunt Reliquia, non erit illicitum.

At si quid Sacra Scriptura verbis, aut Reliquiis addatur, quod ad divinum cultum minime spectet, tum vero, inquit hic Sanctus Doctor, existit vana observantia, atque adeo superstitio: Deinde cavendum est, ne cum verbis sacris continentur aliqua vana, quæ aliqui characteres inscripti præter signum Crucis, aut si spes habeatur in modo scribendi, aut ligandi, aut in quacunque vanae hujusmodi, quæ ad divinam reverentiam non perveniunt, hoc judicaretur superstitiosum.

Jam in proposita facti specie non apparet, in quo tandem bono Deo tribuatur: quod enim Evangelii S. Joannis initium scriptum sit potius, quam finis, & quidem in perga-

(a) S. Thom. 2. 2. q. 93. art. 1. in corpore.

mena charta potius quam in alia materia; id porro nihil facit ad Dei cultum, ac proinde vana est observantia.

Sane convenit, preces, quæ in verum quorundam benedictionibus uti sunt, utiles esse posse, cum nempe ex genuina pietate sunt, & per eas posse id, quod a Deo petitur, obtineri; ad non apparet, cur tandem ex Rebus, quæ faculo continentur, quaque collo appensa gestantur, ritum potius habeat, quam quævis aliam herbam benedictam. Si enim pro certo haberetur, si minus ea quatuor omnia simul in faculo fuerint, effectum, qui expectatur, non eventurum, ea quoque foret veri nominis superstitio, quia rebus his ipsis ad effectum eum producendum nulla vis inest, energia nulla vel suapte natura, vel institutione divina. Ex quo quidem inferri potest, effectum hunc, si quando contingerit, non aliunde, quam ex pacto cum Demone proficisci. Ad extremum ut superstitio non esset eas quatuor res in faculo copulatas, superstitio sane esset, Teologorum sententia, morbi depulsionem, aut aliquod alium spiritalem, seu temporale bonum, tamquam virtutis eo faculo contentæ certum, ac proflus indubitatum effectum expectat; ita ut, eo quidem ad collum delato, futurum certo credatur, ut Sortilegium ad forem suam ad mendam venire cogatur. Ut enim monit Sayrus loco laudato, non promittit Deus, nec addit effectum certum benedictis rebus, aut precibus, quæ in earundem benedictionibus adhibentur: Deus, inquit, nulli orationi, nullis verbis infallibiliter temporales effectum promittit, cum bona hæc temporalia nobis aliquando mala & nociva sunt. Ex quo conclusit hic Auctor, superstitiosum rem fore, qui crederet, per ejusmodi res ad collum appensas Deum certo, nobis id, quod ab eo petimus, consequitur.

Sylvius explicans D. Thomam, eandem doctrinam tradit, quoad divine scripturæ verborum, aut Reliquiarum ad collum gestationem, & hæc tamquam primam regulam tradit: Primo ut ex illorum gestatione non expectetur sanitas, aut quid simile certitudinis indubitata, sed solum bona fiducia. Si quis enim suo Reliquiis, seu sacra verba gesserit, certo sibi habens persuasum, quod non possit ladi, vel quod non morietur sine Confessione, quando ea penes se habebit, superstitiosus erit propter intentionem, quia tollens utitur ad certum illum effectum ad quem non valent ex sua natura, neque ex ordinatione divina.

Jam vero apparet ex proposita facti specie, eos, qui faculos, de quibus agitur, desiderant, id virtuti fidere, quæ ab his, qui eos largiuntur, ipsis tribuitur, & perfluum habere, effectum, quem expectant, inde certo atque indubitato futurum, hoc potio responderetur.

Primo, superstitiosum esse eos Sacculos, prout, explicatum est, deseri, quoniam li nequeunt eum, cuius gratia gestantur, effectum vel divine institutionis vi, vel naturali rerum, quas continent, virtute, producere. Ex quo concludendum cum D. Thoma 2. 2. q. 96. art. 2. cum ea media sint inutilia, futurum proinde, ut effectus, qui istis rebus tribuitur, non nisi ex pacto cum Demone inito expectaretur. Si naturaliter non videntur tales effectus causare, consequens est, quod nec adhibeantur ad hæc effectus causantes, tamquam cause, sed solum quasi signa: & sic persistent ad pacta spiriti mala cum Demone inita. Consili potest Sylvius in hunc D. Thomam locum, ubi hæc habet: Sicut enim & communi Doctorum consensu Demon tacite seu implicite invocatur, quando quis rem sibi Deo reservatam medis vanis & inutilibus precatur: quia est præter ejus intentionem se Deum invocare, eo ipso tamen quod hæc media tenet, quibus liberis Demon se immiscet, vult a Demone sanorum inventore rem obtinere. Nam quando effectus queuntur per media vana & inutilia, tum clam & tacite invocatur Demon: nam ad tacitam invocationem facti est vana medis uti ad consequenda ea, ad quæ non valent aut ex vi cause naturalis, aut ex divina vel Ecclesiastica ordinatione, quemadmodum in doctrina hanc Thomam nemus est.

Secundo loco quoniam superstitio est vana observantia in faculorum, de quibus questio est, gestatione continetur, & vana observantia ipsa per se mortale peccatum est ex Navarro in Man. c. 11. n. 24. Bonacina tom. 2. disp. 3. quest. 4. punct. 5. n. 22. aliique Theologis bene multis; consequens proinde fit mortale peccatum esse fidem ejusmodi faculis adhiberi.

ri. Ignorantia tamen & bona fides eos a lethali culpa eximere possunt, qui simplicitate quadam iis uti sunt, haud putantes se male agere, & præsertim dum pios viros ejusmodi praxi patrocinarè videntur.

Hinc demum inferri potest, Librum ea, de quibus hæc tenent, docentem & confirmantem pravum esse, & tamquam summopere perniciosum proferri, atque interdici oportere.

Decisum hac die 28. Octobris an. 1700. G. Fromageau.

CASUS II.

Oratio superstitiosa.

- 1. Absque Episcopi permissione non possunt Orationes ulla ad aliqua temporalia mala vel remedianda, vel anteverenda distribuere.
2. Si quis, editis ejusmodi precibus, præsumat fore, ut a suis malis certo convalescat, in eo superstitio locum habet.
3. Pæpse fit, ut qui utuntur iis precibus, aliquam, qua reddeatur utilitas, circumstantiam istam addant.

QUESTUM.

Rogamini, ut in Sorbona consultum velit, utilisne sit an vero vituperanda precum & breviculorum distributio ad pueros ab omnibus omnino malis liberandos, dato operam, ut super hæc re Parisiensium Doctorum sententia nobis exhibeatur; ut ita appareat, an Episcopus pati debeat a nonnullis Parochis in propriis Ecclesiis eadem distribuere. An non sibi plus æquò vendicant, qui nescio quibus orandi formulis, quas non auctoritate donavit Ecclesia, sanandi vim miracificam tribuant? An non illi Populum, in hisse Breviculis, atque in aliis ejusmodi rebus valitudinis reparacionem querentium superstitiosam patrocinentur. Atque in hæc vos peculiari facti specie non obliviscimini exponere vulgus, quod ejusmodi brevicula recipit, ea sæpe in usum dubio procul superstitiosum adhibere?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod vidit libellum hunc supplicem cum addita precum formula, generatim existimat circa Episcopi permissionem distribuenda non esse precum brevicula ad temporalia aliqua mala depellenda, vel prevenienda; quia Fideles nihil deferre debent precibus, quas omnino non probavit Ecclesia. Sane quicumque naturalia remedia negligenter, & ejusmodi precibus uterentur, contendent miracificam vim istis adjunctam esse; ut quædam mala curentur superstitiosis remediis; atque adeo superstitio esset, inquit Sayrus, (a) credere preces a Deo institutas, ut Orationem Dominicam virtute donari, qua effectus, quorum gratia ederentur, indubitato producerent: Si igitur diceretur Oratio Dominica cum hac firma spe, quod prius revela-

bitur hora mortis, quod scientia divinitus infunderetur, quod laqueo, quod inimici nocere non poterant, esset superstitiosum; quia, ut inquit idem Auctor, Deus nulli Orationi, nullis verbis infallibilem temporalium effectum promittit, cum hæc bona temporalia nobis aliquando mala & nociva sint. Jam vero gravior sane est superstitio fiduciam in precibus collocari, quæ nec a Deo, nec ab Ecclesia sunt instituta, sed a privato homine inventæ atque excogitate sunt; & perfluum haberi admirabilem quendam vim istis inesse.

Primitivi quidem Christiani apud se Evangeliorum librum tamquam generale remedium atque antidotum contra omnia mala sæpenumero dederant. Id animadvertit S. Joannes Chrysolomus: (b) Non carnis, inquit, ut mulieres, & parvi pueri pro magna custodia collo Evangelia suspendunt & circumferunt, quocumque abierint? Et D. Augustinus de nonnullis corporis infirmitatibus singillatim loquens hæc habet: Capite composita dicit, laudamus, si Evangelium ad caput tibi suspenderit, quocumque abierint? Et D. Augustinus de nonnullis corporis infirmitatibus singillatim loquens hæc habet: Capite composita dicit, laudamus, si Evangelium ad caput tibi suspenderit, quocumque abierint?

An non iis propere, persuasum erat, verba, quibus Evangelium constat, aut Librum, quo continentur, aliqua divina virtute ad pristinam sibi valitudinem restituendum pollere; quod fit Evangelium apud se gestant, aut collo appendebant, id nihil erat aliud, quam tacita Christiana facti professio, & nota fiducia, qua divini Filii verbis additi erant; objectam erat ad devotionem ac pietatem in se ipsis excitandam, ut vehementiore erga Deum amore animati, bonis, quæ ab ipso sperabant, promerendis aptiores essent, siquidem eorumdem collatio sanctæ ejus voluntati conformis esset. Hæc mentem, atque hæc animi preparatione nos iis precibus vacare vellet Ecclesia, quæ ipsa instituit, ut singillatim malorum hujus vite liberationem, æque arque universam omnia, quibus indigemus, beneficia a Deo peteremus. Si quis porro fiduciam suam longius produceret, seque iis precibus vacentem præsumeret, temporales effectus, propter quos in eisdem incurreret, dubio procul imperaturum; is profecto superstitiosus esset, quia re una uteretur, ut aliam obtineret, ad quam illa nullam certam haberet vim vel ex divina, vel ex Ecclesiastica institutione, si quis enim suo reliquit, seu verba sacra gesserit, inquit Sylvius, certo sibi habens persuasum, quod non possit ladi, quod non morietur sine Confessione, quando ea penes se habebit, superstitiosus erit propter intentionem, quæ talibus utitur ad certum illum effectum, ad quem non valent neque ex natura sua, neque ex Ordinatione divina.

Uno verbo præterquamquod Oratione, quam quidem non probavit Ecclesia, in Diocesi uti non licet, eamque distribuere ad temporalia aliqua incommoda avertenda; quod attinet ad precum brevicula, de quibus agitur, etiam nihil in eis minus rectum occurreret, fere sane firmit quæ ejusmodi precibus usurpant, vanam aliquam observantiam, seu pravam aliquam circumstantiam iis addant, quibus efficiuntur illicite quibusque fit, ut superstitiosi sint, qui istis utuntur. Quomobrem omnino est, cur Episcopus talia brevicula in sua Diocesi prohibeat, sicutque Parochis manderet, ne ea in posterum amplius distribuatur.

Decisum Parisiis hæc die 8. Augusti an. 1695. G. Fromageau.

Suspensio, quæ quidem Ecclesiastica censura est, nihil est aliud, quam interdictio, qua Clericus ab Sobeundis Ordinis sui functionibus amovetur; seu potius, ut eam definit Pinson, censura est, qua Ecclesiasticus in alicujus gravis errati punitionem suscepti Ordinis exercitio, suoque Ecclesiastico Beneficio vel omnino vel ex parte ad tempus privatur. Hæc fere poenatum prima est, quæ ab Ecclesiasticis Judicibus pronuntiatur, quæque illi contendunt sibi licere ad accusati interrogatorium insigere; quia, Inquiunt, personalis in jus vocationis Decretum secum affert suspensionem contra Clericos, ut interdictum contra Ministros Laicos.

Suspensio aliquando nuncupatur excommunicatio, ut in Canone Quædam 1. q. 1. sed suspensio tamen & excommunicatio expressis verbis distinguuntur in capite Quærenti de verborum Signis. Ab interdicto patenter differt suspensio, quia nemo nisi propria culpa potest esse suspensus, cum possit etiam aliena culpa interdictus esse, ut in generali interdicto contingit, cuius vi universi ac singuli Sacramentis ad tempus privantur; interdictum demum effectum suum producit in Laicos, at suspensio non nisi in Ecclesiasticos operatur. Multum quoque invicem differunt Suspensio & degradatio, ut in Tractatu de censuris Avila animadvertit, quoniam qui non nisi suspensus est, proprium Ordinem, Beneficium, & gradum retinet, cum semper tamquam Diaconus, Presbyter, Canonicus, vel Episcopus habeatur; cum contra degradatus amittat jus omne ad Ordines atque ad Ecclesiasticam Beneficia, nec amplius nisi tamquam Laicus spectetur.

Tria suspensionis genera sunt. Prima est suspensio ab Ordinibus, ab Officio, & a Beneficio; altera ab Ordinibus censura est, qua Ecclesiasticus actualium functionum eorum Ordinum, quos suscepit, exercitio privatur. Suspensio ab Officio ea est, quæ privat omnibus functionibus Ecclesiasticis ad hominem pertinentibus, vi Beneficii, vel alterius, quod in Ecclesia possidet, ministerii. Denique suspensio a Beneficio est ea, quæ fructibus & commodis ad ejusmodi Beneficium vel munus spectantibus privat; unde illud omnium ore tritum proloquium: Datur Beneficium propter Officium. Itaque nonnunquam Clericus non ab Ordinis sui functionibus, sed ab aliquo alio jure interdicitur, ut Canonicus a jure suffragii, vel

(a) Sayrus lib. 4. cap. 6. n. 8. (b) D. Chrysolom. Homil. 19. ad Popul. Antiochi. S. August. Tract. 7. in Joann.

vel a Chori aditu, vel Beneficii sui redditibus ad tempus spoliatur, atque id quidem pro delictorum ratione, & Ecclesiarum consuetudinibus. Potest item ad quaedam tantum functiones coarctari Suspendio, atque ita Presbyter suspendi potest quoad Prædicationem, non autem quoad administrationem Sacramenti poenitentiae, vel quoad Missæ celebrationem.

Perantiqua est in Ecclesia Suspendio. Et 42. & 43. Canonibus inter eos, qui Apostolorum seu Apostolici nuncupantur, apparet, Ludos, Ebrietatem Episcopis quidem, Presbyteris, & Diaconis sub depositionis poena, Subdiaconis vero sub poena separationis, hoc est Suspendionis prohiberi. Longum atque adeo molestum foret omnes eademque varias Suspendionum species singillatim recenseri, de quibus Canonistæ Doctores commemorant. Id unum dici potest, existere Suspendionem unam quidem a Jure, aliam autem ab Homine, quemadmodum etiam excommunicationem a Jure unam, a Lege alteram esse. Prima de jure ob criminis qualitatem, altera non nisi ob iudicium contrahitur. Est item Suspendio localis, & personalis; localis est, si Presbyter a suis functionibus quoad certum tantum locum sit interdictus, & personalis, si ubique locorum; potest illa longiore vel breviori tempore definiti, & coque elapso cessat pleno jure; vel imponitur ad Episcopi placitum duratura; & tunc expectandum est, dum ab eo expresse tollatur.

Vide (CENSURÆ, ORDINATIONES,

C A S U S I .

Parochi accusari Suspendio.

- 1. Parochi hæretici, ac depravationis cum suis spiritualibus filiabus accusari potest apud Deum excommunicatus esse, quin ejusmodi sit apud homines, cum talis declaratus non est.
- 2. Potest Episcopus ex publicis infamiam cum a Divinis suspendere, dum Officialis in ipsum inquirat.
- 3. Accusatus Parochus si quidem innocens sit, innocentiam suam probare debet, sin verus sit, in Seminariis debet subducere, & in Seminariis, aliamve Communicationem poenitentia causa recipere.

Q U Æ S I T U M .

Accusatur Parochus S. quod in suis Concionibus coram suis Parochiæ Presbyteris Quietissimi hæresim a summo Pontifice Innocentio XI. proscriptam docuerit. Accusatur, quod cum Matrone G. . . nunc temporis ob eandem hæresim comprehensa familiariter usus fuerit. Verfata ea est hebdomadarum trium spatium unam e spiritualibus ejus filiabus, cum eo tum interdiu, tum etiam noctu non famel collocata; id quod magno per Urbem scandalo fuit. Dicitur abusus esse non paucis ex istiusmodi filiabus, & ex his prolem suscepisse. Quietissimi Libri omnes jam damnati, diripiique devoti penes ipsum inventi sunt.

Hoc posito, quaeritur I. An non hic Parochus in excommunicationem incidit indistinctam Pontificis Bulla, quæ ab omnibus Galliarum Episcopis recepta est?

II. An ille Ordinarii, apud quem casus pendet, sententiam impetrabile sit ejusdem Parochi Beneficium?

III. An ille tuta conscientia suas Cariales functiones obire possit, atque an Parochi Presbyteri non teneant Ordinarii Supplicationem exhibere, quæ postulant, ut ille a functionum suarum exercitio interdiciatur, an vero conquiescere debeant, non ignorantes Episcoporum de ejus vita, depravationisque sententiis satis cognoscere.

IV. An Parochia Presbyteri, quibus ejus depravationes perspectæ sunt, debeant ab Officio publico, cum ille interest, abstinere, eundemque ut hominem notorie excommunicatum sperare, quod hæresim publice docere non sit veritas, etiam postquam Bullam, & Episcoporum, qui eam receperunt, Mandata comperta habuit?

V. Denique an hic Parochus de Canonicæ purgare sub peccati poena non teneatur, atque an tara conscientia hujus negotii componendi rationes querere possit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, si quicquid de Parochia S. dicitur, verum est, ac si Quietissimi hæresim docuerit, ipsum in excommunicationem ea Bulla indistinctam, qua Molinos damnatus est, incidisse. Non inde tamen consequens sit, ejus Parochiam impetrabilem esse. Nimirum juridice in foro externo ille antea convictus fuerit oportet, & in eum damnationis sententia intervenierit.

Quia porro singula crimina in Expositione recensita atrociora sunt, & scandalosa, eademque facilis fortasse sunt probationis; Episcopus proinde ob infamiam & scandalum jus obtinere a suis functionibus eundem parochum suspendendi, quævis nondum aut convictus aut damnatus fuerit. Ratio est, quia in enormium delictorum suspitione non levi Presbyter, qui eadem laborat, fama integra, & quæ Parochum decet, ut Fidelibus sibi conceditis utiliter deservire valeat, frui non censetur. Videtur hæc esse Juris mens Cap. Inter sollicitudines de purg. can. ubi Innocentius III. Senensis Ar-

chiepiscopi consilium approbat, qui Capitali Decano nimis cum Hæreticis familiaritatis accusatum ab officio suspendit; eundem quoque, quoad se ipse purgasset, Archiepiscopus appellatus a Beneficii frustratione suspendit: Licet ergo Ecclesiastica Constitutio tales ab officio exeat usque ad purgationem canonice decet suspendendos, quia tamen cum etiam a Beneficio propter immanitatem criminis suspendendi, velimus in prævidere. Consulti potest Glossa & Ecclesiastica, quæ univèrsim in ejusmodi negotiis Episcopi facultatem declarat: Quoadque tamen propter enormitatem delicti & scandalum, & infamiam magnam inde orant, faciem potest Episcopus ipsum suspendere ab officio & Beneficio, ut hic factum fuit. Quod eadem Glossa alius quoque Juris textibus probat, ita sentiant Pyrrhing. tom. 4. l. 5. tit. 34. n. 35. & Layman de Irregul. c. 4. n. 4.

Presbyteri porro Parochialis Ecclesiæ, de qua quaeritur, habituati expectare debent, dum Juxta sententiam tulerit, & contra Parochiam suam nil antea moliri, quam Episcopum consuluerint; neque apparet, quo jure censuræ possint se ab Officio publico, cui quidem Parochus interfuerit, abstinere debere; quamvis enim ille excommunicatus supponatur, nondum tamen denunciatus est, aut ejusmodi declaratus; ut proinde ad illud usque tempus cum eo utamur in Divinis communicari liceat, quemadmodum cum excommunicatis tolerantis fieri consuevit. Videnda super hæc res Extravagans Ad extirpanda, ex Constantiensis Concilio de prompta.

Ad eam demum quaestionem quod attinet, an Parochus S. se ab illis, de quibus insinuat, criminibus purgare teneatur, respondetur sane teneri. Ejus in hoc negotio negligentia criminosa foret & culpanda, ut in Jure ponitur tamquam certum q. 3. c. 56. Non sane, & 12. q. 1. c. 100. Nulli, secundum D. Augustinum de bono viduato, qui non jubet in fratrum nostrorum gratiam de propria fama sollicitus esse: Nobis est enim necessaria vita vestra, alius fama vestra; & alibi: qui solent conscientia sua negligit famam suam, inquit hic idem Pater, creditis esse.

Et sane occurrit in Jure titulus l. 5. tit. 34. de Purgatione can. qui Ecclesiasticum se purgare debere supponit, cum adest enormium criminum in ejus famam violenta suspitio. Ac longe quidem potiore jure id fasces debet Parochus, quippe qui non vulgare in Ecclesia sedem occupat, ut nempe Suspendionem ab Officio & Beneficio evitet, cujus in eum pronuntianda jus Episcopo præsto est, neve ipse amplius Parochianis sui scandali occasio, & opere istius præstidat inreptus exsultat. Uno verbo aut reus, aut innocens Parochus est; in posteriore facti specie nullus est locus compositioni, que nunquam ejus famam in integram restitueret, ac proinde ille Parochia inutilis fieret, quia non amplius ea fidei, quæ par est ad utilitatem ex ejus curis percipiendam, & in Populo autem. Quod si reus sit, compositionis, que sibi ad poenam, quam meretur, evitandam sit utilis, consilium inire debet, verum ex alia parte suo se Beneficio abdicare teneatur, quia eo indignus est, & ad illum bonum in eodem producendum ineptus, in Seminariis se debet, aut in aliam Communicationem recipere, ut, quod ei vitæ superest, ibidem ploret, & poenitentiam agat.

Decisum in Sorbona hæc die 13. Decembris an. 1696. G. Fromagium.

C A S U S II .

Suspendio, a qua ad Officium Metropolitanum appellatur.

1. Ecclesiasticus a proprio Episcopo interdictus, declaratusque suspendus, Officialis autem Metropolitanus sententia, a qua Episcopus ad Romanum Pontificem appellavit, resistens in Catho-

Cathedrali Ecclesia ante ejus appellationis iudicium Canonice insigniri non potuit. 2. Absolutionem, nequam Canonice provisionem obtinere debet.

Q U Æ S I T U M .

Ecclesiasticus, cum ab Episcopo suo interdictus, declaratusque suspendus esset; ab hæc Sæctione ad Metropolitanum appellavit. Contendit Episcopus, de ejusmodi Constitutione, quæ a se ipso immediate edita fuerit, Officialem Metropolitanum cognoscere non debuisset; sed Archiepiscopum ipsum tantummodo, adeoque postulat, ut negotium ad se remittatur; quod cum ei negatum esset, Officialis appellationem per defectum judicavit, & Ecclesiasticum ab interdictu & a suspensione liberavit.

Episcopus tanquam a Jure incompetenti ad Romanum Pontificem appellavit, & Resistit ad quemdam Provinciam Episcopum datum obtinuit. Episcopus hic cum de facto cognovisset, Officialis Metropolitanus sententiam resistit, tanquam a Jure incompetenti lata, & Ecclesiasticum ab interdictu, ac suspensione male liberatum pronuntiavit. Pendente lite, Ecclesiasticus in Cathedrali Ecclesia Canonice obtinuit. Hoc ille titulo se a proprii Episcopi jurisdictionis exemptionem contendit, adeoque quamvis Metropolitanus Officialis Sententia abrogata fuerit, se tamen in interdictum ab Episcopo, ante quam Canonice esset, pronuntiatum non re-

cidisse. Quamobrem quaeritur, an se ipsa in suspensionem relapsus fuerit, an vero Canonice privilegium ab ea poena eundem exemerit; quo in casu quaeritur, quem effectum sententia Episcopi Commilitari, qui Officialis Metropolitanus iudicium resistit habere possit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, Ecclesiasticum a proprio Episcopo interdictum, declaratumque suspendum, quamvis ut certum ponatur, Officialem Metropolitanum, ad quem concurrit, potuisse eundem absolvere, adhuc suspendum esse, vi appellationis Episcopi, quæ Sententiæ Officialis effectum suspendit. Dicit illud potest, effectum provisionis Canonice, quem eo temporis intervallo Ecclesiasticus hic obtinuit, in Suspendio remansisse, usque ad Apostolici Commilitari iudicium. Cum autem iudicio hoc abrogata fuerit Officialis Sententia, & rejecta Ecclesiastica absolutio, valida proinde provisio esse non potuit, atque Ecclesiasticus quidem novum, cum se absolvendum curaverit, absolutioem obtineat necesse est. Nec refert, Capitulum, a quo pendet Canonice, ab Episcopi jurisdictione exemptum esse; fatissimum est Ecclesiasticum tum cum est suspendus, eidem subiectum fuisse. Ita nimirum persistere non debet.

Decisum in Sorbona die 26. Maji an. 1705. G. Fromagium.

T E S T A M E N T U M .

Testamentum, quod ultimæ voluntatis testimonium significat, Actus est juxta formas Legibus aut Consuetudinibus localibus præscriptas editus, patefacit quæ hominis postrema voluntas fuerit, ac post testatoris mortem ejus bona distribuendi regula est. Mutua edi possunt Testamenta, perinde ac Donationes mutua. Si Testamentum omnino scriptum fuerit Testatoris manu, Testamentum olographum nuncupatur. Ex Ludovici XIII. Constitutione omnia olographa Testamenta per univèrsim Regnum rata ac valida sunt, quam majore solemnitate opus sit. Ministri publici ex officio Testamenta recipientes Notarii sunt. Verumtamen & coram Parocho confici possunt. Si Testamentum coram duobus Notariis editum fuerit, sufficit Testatoris subscriptio; & si coram Parocho, vel uno tantum Notario confectum sit, duobus saltem præterea testibus opus est.

C A S U S I .

Testamentum mutuum, de quo supprimendo Pars superflua cogitat.

Non potest mulier post viri mortem Testamentum mutuum, quod cum eo confecti, tuta conscientia supprimere.

Q U Æ S I T U M .

Vir nobilis postremo corruptus morbo mutui Testamenti connectionem conjugi proponendam curavit; illa nihil aliud animo reputans, quam ita placere viro, quem magno pere diligebat, adsumum præbuit, ut Testamentum ab Advocato, qui illud concinnaverat, lectum subscripsit; tum vero illud clausum celatumque fuit, atque etiam unum est. Illud unum Matrone meminit se heredem institui, deinde unicum filium, denique filias pro singularum ætate, si forte filius proles expeiret & vivis excesserit.

Triennio post viri mortem non desuere, qui Matrone auctoritate essent, ut Testamenti partem, quod illa quidem præstitit, revocaret; ei tamen præsto est utriusque Actus, Testamenti scilicet, & revocationis exemplar, adeoque integrum ei est eisdem Actus vel supprimere vel producere. Querit ergo illa, quid in conscientia foro facere possit; ac debeat. Inde porro ejus oritur hæsitatio, quod si revocationem supprimit, Testamentum vim suam roburque retineat, ac proterus impediatur, ne ipsa bonorum suorum aliam dispositionem instituat, quam ab ipsa tamen institui fortasse utile fuerit. Quod si Testamentum supprimit, substitutionis, que in huiusmodi suam favorem est, effectum impedit, & in causa exit, ut filius post quartum seu quintum matrimonium antum prole carens id uxori donare possit, quod pater, si filius sine hæreditibus filiique deceisset, ejus sororibus delinavit. Orat Matrone hæc Sorbonæ Doctores, ut sibi in hoc ancipiti negotio facerent præsertim, quidque sibi tum quoad conscientiam tum quoad familie rationes melius fuerit, indigent?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod propositam facti speciem vidit, existimat Matroneam, que mutuum cum viro Testamentum editit, actum hanc celare ac supprimere in conscientiam non posse, qui ultimam sui vii voluntatem significat, que sane ex Civilis & Canonici Juris regula fide-

(a) Lib 3. Decretal. de celebrat. Missarum, Cap. cum Martia

liter executioni mandanda est. Occurrit hæc regula in posteriore dist. 13. q. 2. Utinam in hæc verba: *Ultima voluntatis defectu motis omnibus conservari debet.* Quod evincit Matroneam testamentaria viri sui dispositionis dominam non esse, & in ea quicquam mutare non posse, quod Testamentum mutuum sit; quamvis enim Testamentum ipsum mutare, adeoque omnino revocare possit, ad se quod attinet, cum illud ejus ultimam voluntatem, quamdiu quidem in vivis est, mutandique consilii libertate gaudet, continere non censetur; non idem tamen de ipsius viro dici potest, cujus postrema voluntas per mortem certa est ex Innocentio III. doctrina in Decretalis relata: (a) *Novissimum hominis testamentum, inquit hic Pontifex, immutabile perserverat, quia Testatoris vitæ confirmatum, juxta quod Apostolus testamentum asserit confirmatum; alioquin non valde, dum vivit, qui testatur.*

Ex quo facile concludi potest, cum Testamentum, de quo quaeritur, ex viri parte vim habeat, illud a conjuge supprimit non posse, quin injuria inferatur filii, qui ad patris bona jus obtinent juxta ejus dispositionem, quam cognoscere omnino non possent, si Testamentum supprimeretur; ac supprimit quidem non possent, quin uxor infidelis marito esset, qui Testamentum suum, ut executioni scilicet mandaretur, uxori concedidit.

Decisum Parisiis hæc die 1. Februarii an. 1674. Aug. de Lanet.

C A S U S II .

Testamentum in extraneæ personæ favorem ea lege, ut hæreditatem ei, cui maluerit, ex Testatoris filii restituit.

- 1. Matrone, que Testatoris filia remiserit bona, que ipse eidem reliquerat ea conditione, ut eadem redderet ei post mortem ex ejus filii, quem illa eligere voluisset, id quod egit, mutare omnino non potest, eo prætextu, quod Testatoris filius, qui criminis causa patris bona possidere non poterat, mortuus superstitem filiam reliquit, quod Matrone occultatum fuit, dicuntque contrarium.
- 2. Rationibus ab æquitate atque humanitate petitis pueliam, cui bona restituit, movere debet, ut respectum suum fratris filiam in eorumdem bonorum parentem videret.

Q U Æ

QUÆSITUM.

VIr honesto genere, cui filius præventus & damnatus ob crimen, ac præterea innupte filia supererant, bonorum suorum hereditatem Testamento committit Matrone, quam heredem instruit ea lege, ut ex ejus filiis ei, cui ipsa malisset, hereditatem relinqueret.

Post Testatoris mortem, cum familia multo ævo alieno premeretur, ad negotia domestica componenda filiarum una in matrimonium jungenda proponitur, deseritur ad Matronam Testamentum, vehementerque rogatur, ut huic puellæ hereditatem remittat, quod nempe filius jam occubisset, quod verum erat, & quidem prolis expertus, quod falsum postea compertum est; at Matrona id omne veritati consensum putans, puellæ, de qua agitur, bona remittit.

Eadem Matrona deinde comperit Testatoris filio morienti superstitem filium fuisse, qui in presentia cum amicis suis hac de re iudicio contendit.

Quæritur, an Matrona tranquillo animo esse debeat, atque in conscientia tuta sit, quippe que id egerit, quod ad hujus familia negotia redintegranda optatum judicasset; præsertim cum ei pater integrum esse voluerit, ut cui malisset, hereditatem remitteret, quia se in unius potius ex filiis quam in alterius favorem propendere vel scripto vel viva voce significaverat.

In questionem præterea vocatur, an Matrona teneatur iudici declarare illusum sibi factumque factum fuisse, dum dictum est, filium prolis expertem e vita excessisse; eoque magis, quod pater, quamvis mentem suam non aperuerit omnino, videatur ad filium hereditatem deducere voluisse; sed quia filius hic successione ob crimen ineptus erat, opus fore credidit, ut in extraneas manus sua bona rejiceret, que deinde ad filium transferentur, qui si quam filiarum heredem instituisse voluisset, eam facile nominare potuisset, cum ei omnes & singula succedere possent, quia ea, qua tamen usus est, circumspectus opus esset?

Asseri tamen potest, patrem non sine multo ævo alieno morientem eo animo fuisse, ut in ordinem sua negotia redigeret, quo meliori modo posset, cumque haud satis nollet, quinam filiorum necessario huic ordini restituendo spectaret, opus fore credidisse, ut huic Matrone electionis arbitrium relinqueret. Rogatur Conscientie Consilium, ut quid illa in hac facti specie agere debeat, enuntiet.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum censet, ad solvendas propolitas difficultates.

I. Matronam ea lege institutam, ut cui mallet ex Testatoris filiis hereditatem redderet, quæque deinde filiarum Testatoris eandem remittit, dispositionem, quam in ejus puellæ favorem edidit, invertens non teneri, tranquilloque animo esse posse, quoniam ex Patris Testamento inter Testatoris filios pro arbitratu eligere potuit, cum in Testamento nihil occurreret, quod unum potius, quam alium indicaret. Quamobrem nil cause est, cur animo Matrone turbetur, ac timeat, ne Testatoris mentem secuta sit, quam quidem non aliunde quam ex verbis, quibus Testamentum conceptum est, cognoscere potuit.

II. Matrona in hereditatis jam facta remissione, quicquam mutare haud facile posset, quia nempe, ut est vero simile, eam edidit nulla apposita conditione, nec se in eo deceptam probare posset, nullam nempe prolem Testatoris filio superstitem fuisse, id quod ipsam ad filiarum unam in heredem eligendam determinavit. Si quod egit, inventoret, negotia in maiorem perturbationem conjiceret, & quidem frustra, nulloque cum neptis commode, cui gratificari vellet.

Censetur tamen eadem Matrona, quippe cui magna sit auctoritas in hac familia, nullam non lapidem movere debere, ut amitam pertrahat ad hereditatis partem nepti remittendam pro bene pacis; id nempe litigiosam imponeret, & in familiaris concordiam redintegraret.

Decretum Parisiis Kal. Februarii an. 1674.

Augustinus de Lamez.

CASUS III.

Testamentum informe quoad legata pia.

- 1. Testamentum ad Javis apices nullam est, in quo earum solemnitas, quasi Lex, aut Consuetudo possidant, aliqua consistit.
2. Id quidem quoad legata pia non semper servatur, præsertim cum non ita magni momenti sunt.
3. Testamentum in substantia vitiosum nullum est, & legata pia, que continentur, heredes solvere non tenentur, cum ea Testator addidit fundis ad se minima pertinentibus.

Si tamen haud magni ponderis legatum sit, reverentia, qua Testatoris respectu voluntati debetur, ad ea implenda non vera debet.

QUÆSITUM.

Tertium Testamento, quod Parochus recepit, Parochiam suæ Fabricæ magnam pecunie vim legat. Harum rerum haud ita peritus Parochus, Testamentum duobus tantum testibus subscribendum curat, cum ex loci, ubi Testator occubuit, Consuetudine testes tres requirantur. Post ejus mortem heredes, qui Testatoris voluntatem plane planeque cognoscunt, Testamentum exequi, & legatum solvere recusant, contentendæ nulla se obligatione ob eum solemnitate defuncti adstringi. Ergo querit Parochus, I. An heredes Testatoris voluntatem non ignorantes in conscientia foro Testamentum exequi non teneantur, quamvis illud in foro extarum nullum sit? II. An id sacre reverentibus debeat ipse Parochus absolutionem denegare, quoad satisfecerint?

ALIUS CASUS IV.

Petrus Testamento suis omnibus numeris absoluto legat Parochiæ suæ Fabricæ libras tres solidos decem quotannis ex agro plus quam centum jugum percipientis. Legati executionem effugiant Fabricæ Procuratores; sed heredes nihil se debere contendunt, quia prædium, cui Testator censum apposuit, ad eum minime pertinet, quamvis ille suum esse crederet; queritur, an in foro conscientie heredes ex aliis bonis, que Testator reliquit eum annuum censum solvere teneantur?

RESPONSIO AD III. CASUM.

Consilium Conscientie subscriptum censet, ut ad Casum tertium respondent, cum ad Testamenti validitatem ex loci, in quo illud contractum est, Consuetudine trium omnino testium subscriptio requiratur, si duo tantum subscriperint, dispositionem testamentariam in foro extarum nullam esse. Si enim privatis quibusque clausulas Contractibus opponere licet, quæ veram obligationem inducant, quæque, si desint, eos nullas reddant; potiore sane Jure Leges publicæ boni gratia formæ & solemnitates Actus & Contractibus præscribere possunt, sine quibus nemo unus bonorum suorum dominium valide transferre possit, ita ut donatio, cui quidem eorum formularum aliqua desit, in foro interno nulla sit, eique, in cuius favorem facta est, nil juris alterat. Ita sentiunt Azorius 3. p. 4. c. 4. p. 2. & Covarruvias in caput: Quæritur pactum p. 2. §. 4. n. 6. & in Caput, Cum esset de Testam. & atque questionem dirimit verbis hisce: Secundo inferunt, cum, qui possidet bona Testatoris ex titulo minus solemnitate voluntatis, teneri etiam in alio iudicio legitime iudicari hereditarij illa resistere, quamvis non dicitur de libris & spontanea testantis voluntate, Bonacina de Contract. disp. 3. q. 1. punct. 3. alios in eandem sententiam Auctores præfert. Verum quidem est Auctores hos una cum plurimis aliis credere, Acta, que formularum in Jure præscriptarum aliqua desituntur, valere, ac sustineri, cum de legatis piis agitur, quia nempe in his non ita mordicus id servatur, quod Legibus Civilibus statutum est. Et sane quamvis Civiles Leges duobus plures testes requirant, ut Testamentum validum efficiatur; Alexander tamen III. Cap. Relatum & cap. Cum esse de Testam. duos satis esse declarat. Ex quo concludunt Auctores hic Testamentum quoque sine testibus quoad legata pia validum fore, quia in hisce duobus Canonici Juris Capitibus non irritatur, nec nullum declarat eorummodi Testamentum, fatique est Testatorem disponere posse, que donat, atque in personæ seu loci recipiendi capacis favorem libere disposuisse. Quamobrem laudati Auctores in statuunt, ut in hoc negotio numerus a Lege requisitus solemnitate probatoria sit, non instrumentaria. Disserte id asserit Covarruvias in Decretalem: Cum esse, de Testam. n. 8. Quodsi illud necesse, quod dicitur non semel admodum, & modo expressis nominantur, nempe ab hac Decretali in Testamentis ad pias causas duo testes requiri non ad solemnitatem, sed ad probationem. Si ergo constans Testatoris voluntas est, legatum valet; & quod inde consequitur, tenetur heres illud implere, inquit Sylvester v. Legatum n. 13. Quamvis etiam est nullum, quia non sunt testes sufficientes, vel desunt solemnitates aliqua Juris Civili. Si reserit sufficientes, vel desunt solemnitates aliqua Juris Civili, reserit heredi de voluntate defuncti, vel per duas reserit potest, obligatur naturaliter Jure gentium ad illam implendam.

Volgo inter Auctores non obinet sententia hæc. Quamvis enim non semper ex ipso extarum foro, ubi Testamentum, ad legata pia quoad attinet, ad Javis apices non sumantur, non legata tamen Auctores, qui patet, solvis conscientie legibus, ea non impleri posse, siquidem essentialis aliqua formula desit, præsertim si non mediocriter sit in Ecclesiæ favorem edita dispositio. Hi quidem contendunt eum, qui bona sua per Testamentum dare statuit, Actum publicum parari

ut proinde a Parocho ipso damnatum, quod proprie Ecclesiæ attulit, reparandum videatur.

RESPONSIO AD IV. CASUM.

Quod spectat ad Casum alterum, mirum videtur ac prope incredibile quempiam nescire centum & amplius jugerum prædium ad se minime pertinere, cumque in eo nihil certi vel contentiosi juris obineat, eidem tamen ad bonum Fabricæ Parochiæ suæ librarum trium, solidorum decem annuum censum apponere. Verum ut propositæ speciei satisfiat, censentur heredes ea bonis aliis, que Petrus reliquit, ad juris apices eum censum solvere non teneri. De hoc enim legato id statui potest, quod statueretur, si Petrus ex eodem prædium libras tres, solidos decem sibi esse quotannis credens, eidem Fabricæ Ecclesiæ suæ eum proventum legaret, quamvis re ipsa ejusmodi census ei minime deberetur; aut si legasset, quod debet sibi Sempronius, qui re quidem vera nihil ei debet, in utraque nimirum facti specie legatum cadendum esset. Hæc sententia est Legis, si tu legatum 19. c. 78. ff. de legatis 1. Hæc est Rebelli sententia 2. p. 1. 18. quasi. 18. §. Sylvestri 2. Condicio q. 7. Bonacina de Contract. disp. 5. q. 1. p. 4. num. 8. Ratio est, quia Testatoris error dicitur in legati substantiam, non autem in qualitatem, & substantialis error Contractum invalidum reddit, ut in Matrimonii Contractu luculenter apparet. Idem asseri potest de Testamento, in quo Petrus libras tres solidos decem quotannis legat ex prædium, quod ad ipsum non pertinet; neque enim constat de re legata. Itaque cum nec omnino, nec ex parte, quoad Petrus legavit, existat, nihil legat; nempe demonstratio perimitur legatum, ut ait Lex.

Si Petrus librarum trium solidorum decem reditum quotannis Fabricæ solvendum tanquam a se acquisitum, aut hereditario jure receptum legasset, validum firmiterque legatum foret, quia demonstratio non legati substantiam, sed tantum qualitatem afficeret. Uno verbo Advocati consili possunt, ac facta hypothese legatum ab his nullum iudicari, cum tamen censum ex aliis Petri bonis heredes solvere teneantur, ad id incitandi, quia constat de voluntate Testatoris, & præterea legata res parvi momenti est. Si ergo id consilium daretur heredibus, deberent pati se flecti, & libras tres, decem solidos ex aliis Petri bonis quotannis tribuere ob eas causas, que in Responsione ad Casum primum allate sunt.

T H E O L O G A L I S.

Capituli Theologalis est Theologiae Doctor, qui Præbendâ, quæ Theologalis dicitur, instructus est; eujusque Præbendâ causa tenetur conones habere, vel Sacram Scripturam interpretari, vel Theologiae Lectiones edere. (a) Tridentina Synodus instituit, præcepitque, ut in Ecclesiis, in quibus esset aliqua Præbendâ, prælimonia, seu redditus ad Theologiam tradendam fundatus ac destinatus. Ordinarii locorum, etiam fructuum subtractione, eos, qui hæc Beneficia possiderent, ad Theologicas explicationes ac Lectiones per se, siquidem pares essent, si minus, per idoneum aliquem substitutum ab Episcopis electum edendas moverent, compellerentque; atque in posterum ejusmodi Præbendâ non nisi idoneis viris, & qui ipsi per se eo munere fungi possent, conferrentur.

In Ecclesiis Metropolitanis aut Cathedralibus, si magna & frequens Urbs fuerit, atque in Collegiis in aliquo non mediocri loco existentibus, si nondum id genus Præbendâ ibidem instituta sint, mandat eadem Sancta Synodus, ut quæ primum Præbendâ, quocumque demum ratione vacaverit, excepta resignatione, sit, & maneat vere ac re ipsa ex eo ipso tempore & in perpetuum huic eidem muneris destinata atque affecta, dummodo tamen hæc eadem Præbendâ nullum aliud officium adjunctum habeat quod cum hoc ipso stare non possit. Quod si forte in dictis Ecclesiis vel nullæ omnino, vel quæ sufficiant, Præbendâ non sint, Metropolitanus ipse, vel Episcopus non sine Capituli consilio prospiciat, ut Theologia ibidem legatur, vel assignato alicujus Beneficii simplicis redditu, deductis tamen oneribus, vel Urbis aut Diocesis Beneficiis contribuentibus, vel alia, quacumque magis ad rem facere videbitur, ratione, vel denique Lectionibus aliis jam institutis in id prætermittis.

Praxis hæc a Tridentino Concilio instituta seu potius renovata in Ecclesiâ est antiquissima, quoniam omnium prima ejusmodi schola ea fuit, quam Alexandria D. Marcus instituit, quaque magna cum laude diu perduravit. Eius memoriam D. Hieronymus & Eusebius ad nos transferunt, ex quibus intelligimus eam emulisse Professorum excellentia, quos inter eminuit Origenes, qui præterea nonnullas Catecheses in Cæsarea Schola, & Lectiones in Evangelia Antiochiæ, Ephesi, Nicomedia, Constantinopoli, & in aliis compluribus Orientis Ecclesiis strenue perfecit.

Consuetudo hæc in Occidentali quoque Ecclesiâ deinde obtinuit, ibidemque servata est, præsertim in Gallia, quod Alexander III. in Cap. unico De Magistris testatur. Eiusmodi Theologalium origo fuit, qui quidem fere mollitie quadam seu ignorantia non amplius proprii muneris officia obeuntes ex parte in causa fuerunt, ut per universam Europam Christianam disseminata barbarie, contemnerentur humaniores Literæ, & Sanctorum Religionis nostræ Myrriorum cognitio.

Eugenius Pontifex ut tenebras, in quibus Ecclesiastici vitam trahebant, dissipare inciperet, statuit in quadam Synodo, ut Theologia Magistris in Cathedralibus, atque adeo Collegiis Ecclesiis ab Episcopis instituerentur. Basileense Concilium, pragmatica Sanctio, Tridentina Synodus jam appellata, Aurelianensis & Blesensis Constitutiones Theologalium institutionem tanquam ad Clericorum instructionem appri-

(a) Concil. Trident. sess. 5. de Reformat. cap. 1.